

1797, 6.

PROCANCELLARIUS
D. HENRICVS GOTTFRIDVS
BAVER

ORDINARIUS

SVMMOS IN IVRE HONORES

CANDIDATO CLARISSIMO

CAROLO FRIDERICO PROELSSIO

ADVOC. DRESAN.

IN AUDITORIO IVRISCONSVLTORVM

D. X. IAN. A. C. MDCCXCVII

HORIS SOLENNIBVS

TRIBVENDOS INDICIT.

INSVNT

Responfor. Iur. LXVIII. LXIX. LXX.

PROGENIE ET ALIAS
THEATRICO GOTTHIENSIS
PARISIENSIS
GOTHIENSIS
SALONICENSIS
CATHOLICO ITALICO PROGREGIO
CATHERINENSIS
KATHARINENSIS
HORNENSIS
HORNENSIS
HORNENSIS



RESPONS. LXVIII.

*Regula, quae liquidum cum illiquid compensare non sinit,
in Processu ordinario patitur exceptionem.*

In vulgus notum est, ex documento, quod in foro quaren-
tigistum dicitur, in processu executivo conuentum non
audiri, si, eiusmodi probandi medio non instructus, perem-
atoria exceptione vtitur, etiam si iurandi conditionem adver-
sario offerat. Quia equidem in re amicam iustitiae simplici-
tatem desidero. Mihi enim, quae subest ratio, non sufficit.
Non admittitur videlicet contra petitionem ex documento
liquidam exceptio delato iuriurando innixa, quia, cui de-
fertur iuriurandum, arbitrio gaudet, iurandi, an iurisurandi
referendi, an conscientiae per probationem tuendae conditio-
nem eligere malit, et quoniam, si hanc eligit, reprobatio
non aequa expedita esse potest, ac probatio, ipso documento
absoluta. Ademit vero Serenissimus Lator hoc defensionis
genus actori et reo in processu, causis, quae minutae nostrati-
bus audiunt, praescripto, nec memini, vllum huius rei caussa
questum fuisse.

Et, quid grauius videatur, miserum, qui pecuniam sibi
mutuatam multo labore comparsam reddidit, et in creditoris

A 2

sui





sui excusatione, non ad manus esse chirographum, sed breui tempore redditum iri, ne adiumenti in futurum necessarii spe se ipsum priuaret, acquieuit, necessitati saepius impossibili, quod reddidit, iterum soluendi subiicere, relicto re-conventionis remedio cum temporis et nummorum impensa coniuncto, an creditorem defensione, certe nonagies frustranea, ac fere imaginaria, quis enim sapiens veritatem iuris-iurandi religione confirmare recuset, desituere, id quidem aliis iudicandum relinquens. Sed hoc praetereo, quium ad consulteriam iurisprudentiam pertineat, non constituti juris interpretationem. Hoc vnum addo, me propter praemissam aequitatis rationem auto-rei fore, vt actor, cui in processu executio reus exceptio-nem peremptoriam, connexa sit, an minus, iuncta iurisiurandi delatione, opposuerit, necessitati subiiceretur, vel iurandi, vel iurisiurandi reo referendi. Quodsi vero me reum in eiusmodi conditione constitutum ponam, profiteor, me non temere hanc viam, vnicet tum, si aliis probandi mediis me destitutum sentiam, ingressurum esse, quia vix a me impetra-re possum, vt periurii capacem non habeam, qui receptum, vel remissum, quasi non receperit vel remiserit, turpiter exigit. Modo causae, ob quam sublata est obligatio, ipse creditor auctor sit, non eius mandatarius, vel is, cui haeres exitit. Qui enim a mandatario recepit, vel in haereditate chirographum inuenit, is cur facile extingit obligationem putare, leuemque, vel turpem existimare defunctum manda-tari-


tariumue debeat. Ut adeo tum ob aliam causam probatio-
nis exitus, quem iuriandum praebet, perieuli plenissimus
appareat.

Haec de executio processu dixisse sufficiat. Ad ordinari-
um transeo, quo disceptabatur illa causa, quae scribendi
praebuit occasionem. Actor in libello sibi reum ducentos
ioachimicos distinctis terminis, quotannis viginti quinque
debere, professus, quorum dies venerit, ut soluere compel-
latur, iubaturque sub poena confessi et conuicti respondere,
petierat, habitu simul ad instrumentum obligationis, non
eius probandae, sed plenioris fidei concilianda causa, re-
spectu. Reus promissionem confessus, exceptione vñus fue-
rat, actorem sibi vñsumfructum aliquot agrorum concessisse,
cuius compos factus viginti quinque, quotannis soluere pro-
miserit, spe fretus, ex fructibus percipiendis se tantum soluere
posse; actorem vero hunc fructum, cum eoque soluendi
medium sibi contra ius ademisse. Quod quum negasset actor,
suique asserti reus fidem iudici nondum fecisset, dicasterium
primo loco consultum, recepta reo singulari, qua peteret,
quod sibi deberetur, actione, sententiam actoris precibus
conformem tulerat, eandemque ex ratione, quia ob illiquidum
liquido mora fieri non debeat. Quae lis quum, praeuia
rei leuteratiohe, nostro iudicio submitteretur, reo succur-
rendum esse verius, id est, processus iudicarii regulis magis
consentaneum videbatur. Quae initium rei spectare, et,
quod elegit, actorem genus processus sequi iubent.

A 3

Qui





Qui actione instituta si reum ad instrumenti recognitio-
prouocasset, iuuentis documenti quarentigati requisitis nihil
apparuisset, quod latae sententiae obici possit videretur. Sed
postulauerat responsionem, hoc agere iudex reum iusserat,
et hoc reus egerat. Est vero haec processus ordinarii quem
actor ingressus erat natura, ut pro qualitate responsionis aliam
atque aliam iudex sententiam ferre debeat. Scilicet, ut, si
ius agendi ex facti narratione, nec iurandi conditio oblate
apparet, ob negationem actori, contra ob affirmationem
qualificatam, puto iunctis exceptionibus vestitam, reo pro-
bandi onus imponat, recepta alterutri reprobandi venia, ob
solam denique nudam affirmationem reum damnet.

Huc itaque si prohibitio, quominus illiquidum cum li-
quido compensaretur, pertineret, nunquam locum iuuenire
probatio ex parte rei posset, siquidem actoris assertum ex rei
confessione liquidum non admitteret exceptionis simul oppo-
sitae probationem, certe morari rei obligationem non vale-
ret. Neque instrumentum, quod illustrandae iuuandaeque
suae petitionis ergo actor attulerat, et ad quod in disceptatio-
ne iudicem remiserat, immutare rei faciem poterat. Sufficie-
bat actionem instrumento non superstructam, nec eius agnitionem,
solam responsionem postulatam fuisse; sufficiebat,
actori incumbere, viam persequi, quam inierit; sufficiebat,
litis contestatione reum cum auctore quasi contrahere, eum-
que obligare, ut, qualem cooperit item, talem continuet,
et ad finem perducat.

Idem.

Idemque cum iuriis ratione, qua minus esse censetur, actionem, quam rem ipsam habere, et qua cepisse non intellegitur, qui per exceptionem remouetur, l. 13. l. 204. d. R. I. nec non cum aequitate amice conspirat. Reus exceptioni innixus, et processus regulis confisus, a quibus probandi veniam expectat, bona fide constitetur, quam si confessionem suam sibi noxiam timuerit, profecto negasset, expectatae actionis probatione, exceptionis simul obiectae fidem iudici reprobando facturus. Igitur iudex, qui apprehensa confessione reum damnat, fidem a legibus datam fallit, et praeterea finistrum agit interpretem, quia factum per se obligatorium, cui valida exceptio obsistit, obligare definit.

Quam ob rem aliam sententiam regimini Francohusano in causa S. contra W. his diebus suppeditare non dubitauimus et quidem hanc: Nunmehr aus denen Akten so viel zu befinden, daß Beklagte die klagbar gemachten 25 Rthlr. nebst denen in denen Jahren 1793 und 1794 jedesmal mit 25 Rthlrn. verfallenen 50 Rthlrn. halb in Louis'dor und halb in Lanbthalern, das Stück 1 Rthlr. 14 Gr. gerechnet, bey Vermeidung der Hütse, zu bezahlen noch zur Zeit nicht schuldig; Sondern er sind Beklagte vor allen Dingen die zerstörlicher Weise vorgeschrüten Ausflüchte, mit Vorbehalt Klägerin Gegenbeweisen, beyder Theile Eydes-Antrags und anderer rechtlichen Befugnisse in Stückfischer Frist wie recht zu erweisen verbunden, ferner darauf zu erkennen, was recht ist. V. R. W. Additis ratt. Dieweil, wenn Klägerin ihren, wider Beklagte gemachten Anspruch aus dem der Klage angefügten Documente sub A. fol. 4. sofort für erreichlich achten





achten wollen, derselben obgelegen hätte, sofort Anfangs, unter Anstellung des Executiv Proceses, dessen Anerkennung zu fordern; Dagegen sie dieses zu thun unterlassen, und vielmehr darauf, daß Beklagte zur Antwort auf die Klage vorgeladen worden, angetragen, mithin nunmehr der ordentliche Proces vorhanden, und eben deswegen der gemachte Anspruch vorerwähnter Urkunde halber, wenn auch der darin gebrauchte Ausdruck, wonach Beklagte jährlich 25 Rthlr. nicht zu bezahlen, sondern bezuzutragen verfprochen, nicht für bedenklich geachtet werden will, keinesweges für liquid zu achten, sondern das Augenmerk einzigt und allein auf die Beschaffenheit der Beantwortung oder der Litis-Contestation, wodurch, als durch einen Quasi-Contrakt, die Fortsetzung des Proceses bestimmt worden, zu richten ist; Welchemnach, da Beklagte das wider sie angezogene Versprechen zwar zugestanden, dabei aber, daß ihnen Gegenfeits von Klägerin gewisse unerfüllt gebliebene Versprechungen geschehen, und sie dadurch der übernommenen Verbindlichkeit nach zu kommen behindert worden seyn, Aufsuchtsweise vorgeschrifitet, daß der Grund der Klage eingestanden sey, so schlechterdings nicht zu behaupten, sondern zuförderst nach Art und Eigenschaft des ordentlichen Proceses der Beweis dieser peremptorischen Aufschlüsse abzuwarten, so ist u. s. w.


RESPONS.

RESPONS. LXIX.

Non omnis veri simulatio crimen falsi est.

Quacunque veritatis simulatione delinqui, persuadere vide-
tur Nov. LXXXIII. princ. Verum curiosa illius relectio,
eiusque cum l. 23. aliisque tit. ad l. Cornel. d. fass. capitulis
collatio vix quenquam dubitare sinit, solam vel simulationem
vel dissimulationem, siue, ut apertius loquar, veritatis vel
imitationem, vel suppressionem, alis damnosam, falsi cri-
men inuolueret. Nil facile frequentius in vita communi et
in conuersatione obuenit versatissimo illo, odium parere ve-
ritatem. Neque hoc omnino improbandum. Quis enim
facile scrupulosum et nimis seuerum actionum omnium, non
quidem per se laudabilem, neque tamen in omnibus vitupe-
rabilium, censorem, non duxerit importunum. Ut vel men-
daciū, modo bona mente, et studio alteri inseruendi, sine
aliorum iniuria, proferatur, probare non dubitem.

Occurrebat nuperisse eiusmodi causa, cui turpitudo
jnesse videretur an minus, inter iudicij assessores disceptabā-
tur. Nimirum Sempronius puellam imprægnauerat, eidem-
que, ac Titio, si eam duxerit, partumque pro suo agnouerit,
ducentos ioachimicos dotis nomine promiserat. Quo facto
postquam Titius, secundum facti speciem in libello proposi-
tam, parte pecuniae promissae accepta, alteram, infacia vxore,



remiserat, haec residuum petebat. Nec dubitabatur, mariti acceptilationem vxori damnosam esse non posse, quibusdam vero turpitudo actioni obstat videbatur, eademque propter suppressionem veritatis, legitimis Titii liberis iniuriam.

Mihi vero nulla turpitudo apparebat, partim, quia ex initio cuiuscunque negotii qualitas et valor eius aestimandus est. Initique paci tempore nec legitimi liberi erant, nec, an futuri essent, constare poterat, taceo, nec dum, an tales superuenerint, ex actis constitisse. Partim, quia, hoc etiam misso, illud parentum factum liberis legitimis, quibus praeter legitimam nihil debetur, vlo modo iniurium existimandum non est, si quoquidem iure vesus nemini iniuriam facit. Illa igitur veritatis suppressione, quam actrix in libello profitebatur, quam infans, alioquin spurius, legitimus effectus, fraus vero nemini facta apparuerit, obtinuit opinio, illam neque pro falso in iure prohibito, neque pro facto ob aliam causam turpi habendam esse, adeoque iuri agendi nihil obstat.

Quam ob rem iuramenti conditionem reo oblatam Supt. Cur. Lips. in causa M. contra H. Term. Luc. 1796. sustinuit, his verbis: *Dieweil Bekl. auf die erhobene Klage geantwortet, deren aber nicht allenthalben gefändig, so ist er den ihm über den 1sten, 5ten, 6ten, 7ten und 8ten Punkt der Kriegs-Befestigung angebrachten Hauptleyd, jedoch, so viel den ersten Punkt betrifft, in der Maße, „daß „er sich zu der darinne angegebenen Zeit mit Klägerin fleischlich nicht „vermählt habe,“ und den 5ten mit Hinweglassung der Worte „die „an Klägerin verübte Schwangerung selbst nicht in Abrede gestellt, „und*

„und dahero“ nach vorhergehenden Klägerin Eyde für Gefährde zu schwören schuldig, worauf in der Sache ferner ergehet, was recht ist. V. R. W.

RESPONS. LXX.

Prata pasturae obnoxia arboribus obsidere non licet.

His diebus proponebatur controversia plane dubia, ex acto-
ris an reorum voto iustius dirimenda videretur. Domi-
nus praedii nobilis possessionem vel quasi pasturae ouium ia-
fundo quodam inculto sibi vindicabat, concessu rusticiis non
solum compascuo, sed pastura etiam aliis generis pecudum,
seque ab iis arboribus in illo loco consitis in sui juris exer-
citio turbatum esse querebatur. Rustici contra domini com-
pascuum affirmantes, adiecta dominii sui demonstratione,
arboribus pasturae vsum non intercipi, iuuari potius testium
assensu muniti propugnabant. Videlicet vimbram ramis arbo-
rum effectam gramina contra solis ardorem defendere.

Quo magis igitur de actoris possessione constabat, eo
iustior circa turbationem videbatur dubitatio. Siquidem do-
minii fauorem in iure insignem non ignoramus. Propter
quem dominantem iure suo *civiliter* vti l. 9. d. Seruitut. iubet
id est, hoc modo, vt, quam minime fieri potest, dominii
vslus impediatur. Quam ob rem, vii fuisse demonstrauit
HOMMEL. *Observat.* 34. haec ipsa seruitus in pratis et agris con-
stituta



stituta collectis demum perceptisque fructibus iure exercetur, nec dominus, quoscumque velit ex agris fructus capere, citius an serius colligantur, modumque adeo consuetum fruendi immutare, ex naturali quippe libertate profluentem, si non prohibitio et praescripta intermissio praecesserit, facultate priuatur.

Ex quo, non sine veritatis specie, arbores instituendi licentia reis in proposito exemplo afferenda eo magis videbatur, quo confidentius rei rusticae gnari illam pasturae magis proficuum, quam noxiam arbitrii, iudicium suum iuris iurandi religione confirmare non dubitauerant.

Quoniam vero seruitus natura sua causam perpetuam habere debet, *l. 28. d. S. P. V.* consequitur, domino ius esse non posse, formam fundi seruientis immutare, *l. 1. C. d. Seruitut.* Idemque in re proposita diserte prohibet *Conf. XLI. Part. II.* quae dum incultum fundum pastum seruientem rastro subigere vetat, aequo minus syluae vel horti vestitum addere sinit. Taceo, quod res ipsa docet, loca, quae arbores magis quotidie excrescentes occupant, pastui inferire non posse.

Ob eamque rem in causa von M. contra B. actori patrocinari non dubitauimus his verbis: *Dieweil, wenn schon nach denen Zeugen Aus sagen fol. 33b. ff. Kläger auf dem sogenannten M. die Trift und Huthung mit denen Schaafen allein, Beklagte aber außer diesen mit Schweinen und Gänsen ausgeübt, und überdem darauf ge graset; Woraus denn für letztere die Vermuthung des Eigenthums erwächst; Dieses aber so wenig als möglich, und eben deswegen Dienft-*

Dienstbarkeiten einzuschränken die Rechte gebieten; Welchemnach, jemehr bes. fol. 33, sq. daß das Baumsetzen auf dem streitigen Orte den Graswuchs befördere, dafür gehalten worden; Klägers Gesuch dem Anscheine nach für unstatthaft zu achten gewesen: Gleichwohl die Natur es mit sich bringet, daß Bäume, wenn sie nach Jahren stark und belaubter werden, sowohl durch Schmälerung des Raums, als Vermehrung des Schattens den Graswuchs verringern, und damit der Weide nachtheilig seyn müssen; Überhaupt auch die Rechte dem servienti nicht gestatten, die Gestalt des dienstpflichtigen Grundstücks zu ändern, mithin auch nicht Wiesen und Laiden in Baumgärthen umzuändern: So sind Beklagte, da sie Klägern das Trißt- und Huthungsbefugniß mit denen Ritterguts Schaafen auf dem M. zugesstanden, die dahin gesetzten Bäume bey 5 Rthlr. Strafe wieder wegzunehmen, und aller fernern Beeinträchtigung bey 20 Rthlr. Strafe sich zu enthalten schuldig. V. R. W.

His meditationibus prelo exhibendis opportunitatem praebuit,

VIR ORNATISSIMVS

CAROLVS FRIDERICVS PROELSS

ADVOCAT. DRESDAN.

qui vitae suae adhuc actae decursum his ipsis verbis prodidit.

Natus sum Dresdae MDCCCLXIX. patre Carolo Friederico Proelssio, mercatore; et matre Sophia Friederica e stripe Sigertiana Chemnitii oriunda. Quos parentes ad-

huc viuos, cum singularem et animo et corpori meo rite
colendo curam ac diligentiam adhibuerint, summa pie-
tate nunquam non prosequar. Posteaquam, excepto bi-
ennio, quo ab Olpio et Beutlero, in Cruciano Dres-
densi praceptoribus et ingenii et doctrinae gloria claris-
simis, ad studia humanitatis informatus sum, doctoribus
domesticis semper vsus eram, anno LXXXVIII. Eccio
Rectore, nomen meum in album Academiae Lipsien-
sis ciuium relatum est. Ibi in philosophia Caesarum,
in historia et arte diplomatica percipienda Wielandum
et Hilscherum, in iure naturae et publico vniuersali
discendo Sammetum praceptores habui. A Bie-
nero historiam iuris, institutionesque ac Pandectas, nec
non ius publicum germanicum ac feudale accepi. Porro
b. Schotto ius germanicum, canonicum, criminale et
orandarum causarum modum tradenti adsedi. Einer-
tus in tractandarum causarum ratione et arte ex actis
iudicialibus referendi mihi praeiuit. Ex Arndti doctri-
na ius publicum germanicum, et ius publicum Saxon-
icum electorale mihi innotuit. Deinde, cum Rauio
praeside, theses aliquot juris controversi defendisse, anno
XCI. exeunte, examini pro Candidatura et pro
Praxi simul me subieci. Quo defunctus, cum domum
redux factus essem, ut rationem causas in iudiciis Imperii
et in primis apud Senatum Imperii Aulicum, eiusque in
Cancellaria agendi ex ipso quasi fonte haurirem, Vin-
dobo-

do bonam profectus sum, vbi per anni spatiū antecedens Brainelii p̄aelectionibus theoreticis et Collegio elaboratorio practico intersui, ei sex mensibus posterioribus in tabulario P̄philippi Mariae de Goetz, consiliarii aulici et negotiorum, quae in Senatu Imperii aulico eiusque Cancellaria conficiuntur, Procuratoris, mei exercendi gratia versatus sum, cuius Viri Generosissimi incredibilem liberalitatem ac singularem facilitatem, qua meum comparandae mihi huius generis scientiae studium p̄aeclarissima institutione adiuit, hoc loco non possum non debitibus laudibus praedicare. Inde anno XCHI. in patriam reuersus, cum petiisse, ut mihi locus daretur in p̄aefectura Dresdensi iudiciale praxin addiscendi, hoc mihi confessim indulgentissime concessum est. Horis subsecuens duce Huebelio iuris vtriusque Doctore et tunc temporis procuratore fisci electoralis extra iudicialis praxeos scientiam mihi conciliare studui. Quo facto, scriptioribus illis, quibus specimen artis dari solet, confessis et exhibitis initio anni XCIV. potestas intra Saxonie fines in foro causis patrocinando versandi mihi clementissime data est.

Nos vero iam iterum aggressus, postquam colloquium, quod rigorosum audit, laudabiliter sustinuit, in eo est, ut summos in iure honores sibi conciliet. Hosque, si prius proxime instantे Lunae die, hora XI-XII. p̄aelectionem cur-
foriam



foriam super l. 20. C. d. Administrat. tutor. habuerit, et mox
in sequente Martis ab hora IX. Dissertation. *De origine iurisdictionis*
clientelaris, moderante Illustri BIENERO, collega aestumatissi-
mo, tuitus fuerit, ei ipso meridie, praemissa breui oratione,
publica professione largietur vir S. R. et Illustris itidem collega
amantissimus, CHRIST. RAVIVS, in quem hanc promouendi
facultatem, sola spe collegio nostro aliquando assidendi ex-
cepta, contuli.

Instantem igitur hanc panegyriu*m* VT RECTOR ACAD.
MAGNIFICVS, PRINCIPES SERENISSIMI CELSISSIMIQUE, ILLV-
STRISSIMI COMITES, PROCERES VTRIUSQUE REIPUBLICAE Grauissi-
mi et Spectatissimi, Illustres, Generosissimi, generosi denique
Commititones praeſentes frequentesque illustrare et condecorare
beneuole velint, obſeruantissime omnes ac singulos roga-
tos esse cupio.

Scribeb. Lipſ. Domin. I. poſt Epiphan. A. C. MDCCXCVII.

EX OFFICINA SAALBACHIANA.




Leipzig, Diss., 1797

X 2309032

6078





1797. 6.

PROCANCELLARIUS
D. HENRICVS GOTTFRIDVS
BAVER
ORDINARIUS
SVMMOS IN IVRE HONORES
CANDIDATO CLARISSIMO
CAROLO FRIDERICO PROELSSIO

ADVOC. DRESDAN.

IN AVDITORIO IVRISCONSVLTORVM

D. X. IAN. A. C. MDCCXCVII

HORIS SOLENNIBVS

TRIBVENDOS INDICIT.

IN SVNT

Reffponor. Iur. LXVIII. LXIX. LXX.